

f. 31': 1238. 'Geroldus episcopus Frisingensis cessit. Cui succedit Chunradus canonicus ejusdem ecclesie.'

f. 32: 1258. 'Chunradus Frisingensis episcopus obiit 15. Kal. Febr. Cui successit Chunradus wildgravius ejusdem ecclesie canonicus' (abweichend von SS. XXV, S. 324).

Es folgen ein paar Notizen über Noting Constant., Adalbertus Prag., Heinrich Trev., Bruno Col.

1211. Aus dem Katalog der Regensburger Bischöfe f. 9. habe ich folgende Stelle abgeschrieben: 'Heinricus 2^{us} comes de Roteneckh Ratisponensis ecclesie canonicus et archidiaconus eligitur anno Domini 1277 (a. H. 1294) temporibus Innocencii pape quinti, regnante Rodulfo rege Romanorum, et sedit annis 19. Hic ecclesiam Ratisponensem igne consumptam propriis expensis reedificavit. Et comitatum Roteneckh eidem ecclesie adjunxit, et multa alia bona ecclesie sue fecit. Obiit autem ille beatus vir septimo Kal. Augusti anno Christi 1295 (a. H. 1313). Postquam enim in die sancti Jacobi apostoli majoris, quem speciali consuevit venerari honore, cum multa devocione missarum solemniter personaliter celebrasset et cum clero et populo se in mensa refecisset, hora vesperarum incepit subito viribus corporis destitui et sic in die altera exspiravit. Qui mire providentie et sagacitatis extitit, in tantum etiam, quod anniversarium suum vivus et sanus plus quam per quatuordecim annos ante mortem suam instituit et ejusdem celebrationi cum candelarum accensione et pulsacione, que consueverunt fieri in funere episcopi, vigiliis et missis annis singulis personaliter interfuit. Sepulchrum similiter sibi longe ante ad 12 annos fabricavit et previdit juxta altare beate Marie virginis in majori veteri ecclesia. Similiter et cistam, in qua sepeliri debuit, cum vestibus funeralibus ibi impositis in memoriam mortis sue per eosdem annos habuit locatam a latere lecti sui. Item in spiritualibus mirabiliter providus extitit, non solum vetera statuta servando, imo et multa nova salubriter condendo. Monasteria monachorum et monialium sepe cum multa providentia visitavit. Et invenire non possum, quod ei in temporalibus et spiritualibus defuerit, qui tempore suo adeo discordantium factus est reconciliator, quod non solum Bavaria, ymo et vicine terre per suam industriam et laborem pacis pulchritudine florescat' etc.

1231. Enthält unter anderm eine gedruckte Freisinger Chronik, 6 Blätter.

'Incipit cronica episcoporum Frisingensis ecclesie.

Corbinianus episcopus primus.

Corbinianus primus antistes ecclesie Frisingensis, que in legenda Maximiliani martiris annumeratur inter viginti duas ecclesias. Frixinia incepit episcopatum'.